

## EXPLICATIO

## ASTRONOMICA ET

ASTROLOGICA MAGNAE ECLIPSIS ○,

quæ secundum naturam, Anno hoc 1598 currente, die

Februarij 25. Hora 10 ante meridiem  
apparebit.*Cui premissa est*

## BREVIS DESCRIPTIO

Tenebrarum, quæ supra naturam, divina virtute, factæ sunt tempore Passionis Christi, earumq; ad Eclipses Solares  
collatio:Et ad calcem adiuncta facilis ratio observandi cum hanctum alias Eclipses  
Solares, absq; latrone aliqua visus:


Instituta à

M. DAVIDE ORIGANO ACADEMIÆ  
Marchicæ Mathematico Professore.

## TI PVS ECLIPSIS

Septentrio.

Ortus.



Meridies.

TI PIS EXSCRIPTA PER ANDREAM EICHORN.

Occidens.

Oberschlesische Landesbibliothek

Breslau

Bibliothek der Universität Breslau

Bibliothek der Universität Breslau

Bibliothek der Universität Breslau

CRLES:  
WATERLEN DISCH  
GESSELLSCH:

MAGNIFICO,  
PIETATE VERA, ERV-  
DITA DOCTRINA, POLITICA PRUDEN-  
tia & multiplici rerum usu Excellentissimo Viro, Domino  
SEBASTIANO GERSTMANNO, utriusq; Iu-  
ris Doctori, Academiæ Marchicæ Rectori, ejusdemq; Ordin-  
ario & Professori, Sacræ Cæsareæ Majestatis, Electoris  
Brandenburgici, nec non aliorum Principum Consilia-  
rio fidelissimo, Patrono, Affini & Compatri-  
suo plurimum honorando  
S.

**Q**UOTIESCUNq; Magnifice Domine Rector de Eclipsibus  
Solarib; cogito; cogito autem sapientime, hoc preser-  
tim tempore, quo Ephemerides meas 36 annorum in la-  
cetem emitto, in quibus ultra 60 Solares Eclipses copiosè  
describuntur: toties simul considero, quomodo contra  
naturam & magno miraculo, paciente ob peccata mundi in cruce Salvatore nostro IESU CHRISTO, Anno  
nostra Epochæ 33, numeratione Iuliana die Aprilis ter-  
tio, in meridiano Hierosolymitano, ab hora sexta in ho-  
ram usq; nonam, per integrum tertiam quartam diei, se-  
nebra in tota terra fuerint. Ac statuo sanè; cum Ecli-  
pses usitato naturæ cursu in conjunctione luminarium,  
Luna nova & silente eveniant; tenebra verò illa in op-  
positione, Luna lumine plena acciderint; divina virtute  
factum, ut Sol quasi exhorrescens imp̄yssimum scelus,  
quod super terram tum perpetrabatur, indignos duxerit  
homines sua luce laetificare, à quibus conspiciebat creato-  
rem universi cruci & ignominioso mortis genere crucis  
ari & necari. & ideo lucis sua suavissimos radios à terra  
retraxerit. Toties quoq; grata mente recolligo, DEI non  
modo



4617941

modo immensam potentiam, quam ostendit amplitudo,  
eminentia & dignitas corporum cœlestium, qua magni-  
tudine, loco, substantia puritate & perennitate, ac lucis  
claritate omnia alia antecellunt, vincunt, radj̄s suis il-  
lustrant & vegetant. Et cum potentia sapientiam, quam  
demonstrant admirandi, & aptissimo consensu & har-  
monia ad conservationem inferiorum distincti stellarum  
motus, questanta constantia tacentur, ut nulla unquam  
mutatio in istis fuerit animadversa: Verum etiam sin-  
gularem & ineffabilem bonitatem & Φυλαυθεωτιαν,  
qua nos in hoc Ergastulo viventes complectitur. Hanc  
enim nobis ob oculos ponunt rara in cœlestibus corporibus  
accidentia, quæ vel res ex terra nascentes, vel etiam  
corpora nostra affligere, illisq; detrimentum aliquod affer-  
re possunt: quandoquidem, us alia innumera taceam,  
pro sua paterna affectione, luminarium duorum motus  
hoc modo dispositi, us cum radj̄s ipsorum cuncta ex di-  
vina ipsius ordinatione soveantur, raro & non nisi longo  
temporis interjecto spacio lucis & radiorum aliquam ja-  
cturam seu Eclipsin patientur. Ac sane quando ejusmodi  
in celo passiones nobis exhibentur, non modo eas studiesse  
& reverenter observare, sed etiam in illarum observa-  
tione nos ita affectos esse decet, ut cum immensa illa bo-  
nitate, iram quoq; D E I adversus peccata nostra agno-  
scamus, & vita emendatione ac precibus mala cervici-  
bus nostris impeditentia declinare studeamus, hoc in primis  
tempore quo cuncta ad ruinam & interitum vergunt.  
Nunquam enim Eclipses præsertim Solares conspecta  
sunt, quas non è vestigio subsequuntur sint ingētes calami-  
ties, luctuosa multorum cædes, excidiū civitatum com-  
plurium, mutatio insignis regnorum, &c. ut historia pass-

sim dōcēt. Cum igitur ad diem Saturni proximum, qui  
erit suppuratione veteri 25 Februarij & nova 7 Martij,  
in nostro hoc horizonte Francofuriano & circumiacenti-  
bus regionibus, tantam Sol circa horam 10 ante meridiā-  
nam, ob interpositionem Luna inter visum nostrum &  
ipsum, lucis sua sit passurus respectu nostri jacturam, quā-  
tam nec 54 libra hinc annū, ab anno nempe 1544 in his locis  
observavimus, nec proximo septennio ante annum 1605;  
ubi similis ferme continget Solis Eclipsis in 19 gradu ☉,  
observaturi sumus: Officij mei partes requirere existi-  
mavi, ut de tempore & quantitate universam studioro-  
rum cohortem monerem, & ad considerationem eius om-  
nes excitarem. Tibi verò Magnifice Domine Rector,  
Patrone & Compater honorande, hunc qualemque labo-  
rem meum inscribere & dedicare volui, eam ob caussam  
maximè, ut meam in te observantiam, officium ac pietas  
tem publicè testatam facerem. Quo etiam nomine, ut  
munus hoc exiguum & levidens accipias, meq[ue] tibi com-  
mendatum habeas, te etiam atq[ue] etiam rogo. V. Dabam  
ex meo Musao 18 Februarij die, Anno Christoyovēus 1598.

Tuꝝ Magnificentie & amplitudinis.  
cum observantia studiosus

M. David Origanus Professor Ma-  
thematicus.

# DE TEMPORE PAS- SIONIS CHRISTI.

**E**t si Salvatorem nostrum IESVM CHRISTVM passum esse existimant, alij etatis anno 30, die Martij 25, ut Laurentius, Tertullianus & Valentinius: alij etatis anno 34 codem 25 die Martij, ut Augustinus, Chrysostomus, Cyrillus, Apollinaris, &c. Quibus consentit in anni numeratione Gerardus Mercator Chronologus & Geographus alias praestantissimus, qui statuit, falsa lunationum supputatione seductus, eum 2 die Aprilis passum esse: Alij deniq; anno etatis 33, sentiente Epiphanio Cyprio 18 die Martij, Beda vero Anglosaxone 23 Martij Christum crucifixum. Nobis tamen ex historica veritate Biblici textus, tempore Baptismi & predicationis Christi, diverso agni Paschalib; a Christo decima quarta Luna, & Iudaic; decima quinta Luna finita celebrato esu, & iusta Hebraici anni cum Juliano collatione, statuendum est cum Epiphanio, Eutropio, Ioanne Lucido alijsq;, tempus passionis incidere, iuxta Calendarium Hebreorum, in annum era Iudaica 3793 diem mensis Nisan 15 Mosaica, diem vero 4 Nisan Iudaica supputatione, labente anno Juliani 78: Seu in annum era Christiane 33, diem Aprilis 3. Hoc enim solummodo anno plenilunium Paschale cum die Veteris coniuit, quod anno Epoches Christiane 30, quinto Aprilis die, qui fuit dies Mercurij: Et anno 34, die 23 Martij, qui fuit dies Mar-  
ti, contigit.

Figura cœli ad meridiem diei 3 Aprilis, anni Epoches nostræ 33 tempus nimirum pendentis in cruce Mediatoris nostri IESV CHRISTI, quo, ut scriptura loquitur Matth. 27, Marc. 15, & Luc. 23, tenebræ factæ sunt super universam terrā, τοτὲ γένετο ὥρα πάσχαι seu ἐφ ὅλῳ τὸν γῶνον, quæ durarunt ab hora sexta usq; ad horam nonam, seu à meridie ultra horam nostra numeratione tertiam, accommodata meridianō & horizonti Hierosolymitano:



Ex hac caeli figura apparet, Lunam, cuius, ut densi & opaci cor-  
 poris, interpositione inter visum inhabitantium terram & Solem, E-  
 clipses Solares caussantur, longissime tempore passionis a Sole absuisse,  
 imd in opposito ferme Solis stetisse: Et ideo nullum Mathematicorum  
 tenebras quem tam caperunt, praevidere potuisse, cum ab interpositione  
 Luna inter visum, & Solem nequitam caussate fuerint, sed potius,  
 singulari Dei patris consilio, ad ostendendam filij sui unigeniti mortem  
 in carne, prater & supra naturam acciderint. Demonstrat hoc mi-  
 raculum exactius ipsa historia, qua extat apud Eusebium in Chronico  
 ubi Phegone Trallianum Adriani Imperatoris libertum egregium O-  
 lympia-

Olympiadum supputatorem introducit; in 14 suo libro de tempore &  
qualitate harum tenebrarum, ita dicentem: Quarto autem anno  
202 Olympiadis, magna & excellens inter omnes, que ante eam ac-  
ciderant, defectio Solis est facta, dies hora sexta, ita in tenebris am  
noctem versus est, ut stelle in caelo visa sint: terrae quoq; motus in Bi-  
thynia Nicenae urbis multas ades subvertit. Vnde colligitur, posita eti-  
am luminarium coniunctione, qua tamen absq; turbatione motuum  
caelestium poni nequit, non pedetentim ut in Eclipsibus fieri solet, Dñā  
infra se recepisse, & magis ac magis radios à terra avertisse, sed  
subito die in tenebras nocte versus esse, quod & Evangelista innu-  
unt. Quia quoq; tenebra illa per tres continuas horas durarunt, qua  
in totali Solis Eclipsi maxima, quadrantem horæ, ob apparentem e-  
qualitatem corporum Sola & Luna, & motum Luna dissimilem mo-  
tui Solis, perseverare non possunt: Adhac super universam terram  
factæ sunt, ut plerorumq; opinio est; quod & ad omnium salutem a-  
gnus ille Dei in Iudea immolaretur, & exteris nationibus testimonium  
abominandi facinoris tā terra tenebra merito praberent; a cuius terra  
tota superficie, Luna ob parvitudinem sui corporis, qua secundum Ptol.  
tricies novices cum exiguo quadam additamento terra minor est, in  
quocunq; etiam positu altiore vel humiliore, Solis maximum corpus,  
terra centies sexagesies & ipsa Luna sex millies sexcenties qua-  
drages quater cum dimidio ferè maius, arcere non valet, nisi maio-  
rem acquirat præter naturæ ordinem quantitatem. Quis non videt,  
tenebras illas singulari DEI virtute, absq; interpositione Luna, per ad-  
mirandam, & prime institutioni ac ordinationi plane contrariam,  
retractionem radiorum Solarium accidisse? Etsi verò Dionysius Areo-  
pagita in Epistola ad Polycarpum Smyrneorum Episcopum: Et in E-  
pist: 11 ad Apollophanem de his tenebris scribens ait: Se cum Apol-  
lophane Heliopoli Ægypti feria quadam sexta & hora pene sexta So-  
lem, Luna contra naturalem motum ab Orientali parte subingressa  
horribilibus subito tenebris obductum vidisse, ac postea Lunam rursum  
in Orientem & solis oppositum resilientem observasse: Consentaneum  
tamen est, cum in Luna facile decipi potuisse, cum infra horizonem

spfa

ipsa tum fuerit, & iuxta eius opinionem in Cancro, contra naturam ordinem signorum oriens, initio Διχότομος, mox in ΙΙ & Χ, corniculata admonimentum apparuerit, ac tandem vicina & coniuncta Soli in Ariete visum plane effugerit: Ipsaq; Luna, ut ostensum, solis aspectum toti terra admere non valuerit. Sed in his magnis naturæ miraculis, cuiq; quid sentiat liberum erit. Non enim naturæ thesauros evacuare, sed in plerisq;, presertim que contra naturæ cursum sunt, veritati propinquum solum degustare nobis concessum est.

Cæterum cum retractione radiorum Solarium tenebras die passionis effectas statuimus, hoc quoq; consequitur, Lunam, que tum in opposito Solis fuit: prater naturalem quoq; Eclipsin passam esse, que tantum tempus duravit, quantum ipsa obtenebratio Solis. Non enim radij Solares retracti Lunam illustrare potuerunt, ut ut tum quoque pars aliqua eius naturaliter ob interpositionem terræ inter Lunam & Solem Eclipsata fuisset, & illa terræ incolis se se obtulisset, qui nobis ferme vestigia obvertunt: Id quod ex sequenti eacculo, accomm. dato meridiano Hierosolymitano, facilime colligitur.


Media enim luminarium oppositio incidit in annum Christi 33, diem Aprilis 2, Horam 16, 20 min. ferè post meridiem, Intervallum mediae & veræ  $\delta$  fuit 10 horar. 15 min. Addend. ut vera  $\delta$  contigerit die Aprilis 3, Hora 2.35 min: à meridie, quo tempore tenebrae àdhuc fuerunt super universam terram. Tum ergo existente Sole in 11 grad.  $\vee$  Luna in 11 grad.  $\cong$ , quia anomalia Solis coæquata fuit 303 part: 41 min.  $\Delta$  44 part. 23 m. Et verus latit.  $\Delta$  motus à Boreo limite 3 sig. 7 part. 6 min. 14 sec: habuit Semidiameter umbræ 41 min. 15 sec. Variatio umbræ 12 sec: Sub: ut coæquata umbra fuerit 41 min. 3 sec. Semidiameter  $\Delta$  15 min. 19 sec: Et aggregatum semid: 56 min. 22 sec. Latitudo  $\Delta$  37 min. 2 sec: Merid: desc: Pars ergo deficiens fuit 19 min. 20 sec. Et ipsa Eclipsis 7 digitorum 38 min: Scripula incidentiae 42 prima 26 sec: Et tempus Incidentiae facta divisione scrupulorum per motum  $\Delta$  horarum 27 min: 18 sec: Horæ 1 min: 33. Hinc tota duratio extitit 3 Horar: 6 min: Latitudo  $\Delta$  ad ini-

tiuum

stium Eclipsis 3; min. 3 sec. Ad finem 4; min. 3 sec. ultraq;  
Merid. Descendens. Quando ergo Eclipsis Lunæ naturalis  
cœpit Hora 1., 2 min. post meridiem, & desit Hora 4. 8  
min. manifestum fit tenebras universales tum cessare, cum  
jam paulo ante Eclipsis Lunæ decrescere & minui cœpit.

TYPV S HVIVS ECLIPSIS  
Lunar is, quæ tempore passionis Christi  
nostris antipodibus juxta naturæ or-  
dinem sese offerre de-  
buit.

Septentrio.



Meridies.



B

Expli-

**Explicatio Astronomica Eclipsis Solaris,**  
 quæ Anno hoc 1598 currente, Mense Februario, Die 25,  
 ab Hora 9, in undecimam usq; ante meridiem  
 conspicietur.

II. De tempore & motibus medijs. mediae ♂.

**M**edia ♂ & futura est in nostro hoc meridiano Francofurtano Die Februarij 25, Hora 2, 26 min., 37 sec. post meridiem: Id quod media longitudine ♂, nihil in gradibus & minutis habens, comprobatur.

Hoc tempore motus medijs ita se habent

|                                     | Dod. | Parti. | I  | II |
|-------------------------------------|------|--------|----|----|
| Simplex equinoctiorum precessio est | 0    | 27     | 49 | 35 |
| Anomalia equinoctiorum simplex      | 5    | 24     | 13 | 29 |
| Solis simplex & aequalis à prima *  | 10   | 16     | 31 | 48 |
| Anomalia Solis annua                | 8    | 4      | 20 | 19 |
| Anomalia Lune                       | 7    | 21     | 2  | 0  |
| Latitudinis Lune motus              | 9    | 8      | 9  | 2  |

II. De tempore veræ ♂.

Tempus veræ colligitur ex collatione aequationum Orbis Solis absoluta & Epicycli primi ♂. Ac per anomaliam quidem equinoctiorum Simplicem constat initio.

|                                                                                                                                         | Sex. | Parti. | I  | II |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------|--------|----|----|
| Aequatio Centri Addenda                                                                                                                 | 0    | 51     | 2  |    |
| Strupula proportionalia                                                                                                                 |      | 0      | 10 |    |
| Hinc anomalia Solis coequata est                                                                                                        | 3    | 4      | 20 | 18 |
| προδιαφορέστις Orbis Addenda                                                                                                            | 1    | 41     | 48 |    |
| Excessus                                                                                                                                |      | 30     | 34 |    |
| Et pars proportionalis iungenda orbi                                                                                                    |      |        | 5  |    |
| προδιαφορέστις ergo absoluta orbis addenda est                                                                                          | 1    | 41     | 53 |    |
| Anomalie vero congruit προδιαφ: Ep: I. Ad:                                                                                              | 4    | 2      | 52 |    |
| Iam quia collatione facta aequationum, utraq; addenda repertæ est, sed & maior, precedit Sol Lunam, arcu 2 part. 20 min. 59 sec. quanta |      |        |    |    |

quanta nempe est differentia equationum. Reperitur autem per Anomaliam 23 part: 2 min: 0 sec. elongari Lunam à Sole in 4 horis, partibus Zodiaci 2, 12 min. 26 sec. Et motum à horariorum à Sole esse 33 min. 9 sec. Erit ergo differentia elongationis & arcus 8 min. 33 sec: quæ per motum Luna horariorum divisa, offert 15 min. 38 sec. addenda 4 Horis, ut verum intervallum sit 4 hor. 15 min. 30 sec. Hoc intervallum media & vera & subtractum à tempore medie & cum Sol Lunam precedat, relinquunt tempus vera & dierum mensis Febr. 24 hor. 22, 11 min. 7 sec. à meridie.

### III. De medijs & Veris Solis & Lunæ motibus ad tempus veræ &

Medij motus ad intervallum media & Vera 6 Horas nempe 40  
15 min. 30 sec. ita se habent

|                       | Part. | Min. | Sec. |
|-----------------------|-------|------|------|
| Solū simplex est      | 0     | 10   | 29   |
| Anomalia Solis        | 0     | 10   | 29   |
| Longitudo Lunæ à Sole | 2     | 9    | 46   |
| Anomalia Lunæ         | 2     | 19   | 5    |
| Latitudo Lunæ         | 2     | 20   | 50   |

Qui si substrahuntur à motibus medijs ad tempus media & inveniuntur, remanent medijs ad tempus veræ &:

|                       | Dod. | Part. | Min. | Sec. |
|-----------------------|------|-------|------|------|
| Simplex quidem Solis  | 10   | 16    | 21   | 19   |
| Anomalia Solis        | 8    | 4     | 9    | 49   |
| Longitudo Lunæ à Sole | 11   | 27    | 50   | 14   |
| Anomalia Lunæ         | 7    | 18    | 42   | 58   |
| Latitudo Lunæ         | 9    | 5     | 48   | 12   |

Ex hū nunc 1. vera equinoctiorum precessio colligitur 28 part: 3 min. 54 sec.

2. Verus Solus ab equinoctio Verno 11. Sig. 16 gr. 6 min. 58 sec.

3. Verus Luna ab eodem equinoctio Verno 11. Sign. 16 grad. 7 min. 8 sec. In Piscium nempe gradu 16, 7 minuto, 8 sec.

4. Verus motus latitud: Lunæ Sign. 9, grad. 9, 39 min. 40 sec.

#### IV. De æquatione & tempore vero veræ.

Sig. Part. min. Secd.

|                                                |    |    |    |    |
|------------------------------------------------|----|----|----|----|
| Motus Solis compositus ad tempus novilunij est | 11 | 14 | 11 | 27 |
| A quo si aufertur compositus Solis ad Epochen  | 9  | 8  | 2  | 16 |
| Relinquitur differentia motuum compositorum    | 2  | 6  | 9  | 11 |

Ipsi vero loco Solis in gradu  $\text{H} 16^{\circ}, 7 \text{ min.}$  congruit ascensio recta  $34^{\circ} 7 \text{ part.}, 13 \text{ min.}, 32 \text{ sec.}$  A qua si aufertur A. R. Epoches  $27^{\circ} 9^{\prime}$  part.  $55 \text{ min.}, 33 \text{ sec.}$  relinquitur differentia  $67 \text{ part.}, 17 \text{ min.}, 59 \text{ sec.}$

Differentia differentiarum: 1 part. 8 min. 48 sec. in tempus conversa exhibet equationem temporis 4 min. 35 sec. Subtrah:

Hinc tempus verum seu apparenſ: verae coniunctionis est Dieram mensis Feb. 24. H. 22, 6 min. 32 sec. post meridiem seu Horar. 10, min. 6, 32 sec. ante meridiem diei 25 Februarij. Quod si & differentia motuum verorum Solis & Lunæ, quæ est 10 sec. duplicatur, & 20 sec. temporis subducuntur à tempore apparenti relinquitur id corrigendum Horar. 10 min. 6 sec. 12 à media nocte.

#### V. De parallaxi longitudinis luminarium tempore veræ.

Cum vera & accidat Hora 1, 53 min. 48 sec. Ante meridiem, sintq; luminaria in  $16^{\circ}$  grad; 7 min. H erit distantia à vertice  $62^{\circ}$  part. 0 min. Et latus longit. 2 part. 52 min. Parallaxis vero Solis μκκοπλατης 2 min. 37 sec.  $\text{D} 54 \text{ min.}, 21 \text{ sec.}$  Et sola  $\text{D}$  à Sole  $51^{\circ}$  min. 44 sec. Et  $\text{D}$  in longitudinalinem tantum 2 min. 28 sec.

#### VI. De motu apparente.

Motus  $\text{D}$  apparenſ colligitur, si quantum in certo tempore parallaxis longitudinis mutetur, prius inquiratur, postea motui  $\text{D}$  vero ad idem tempus vel addatur vel admissatur, pro ut ante vel post 90 Eclipticæ gradum tempus assumitur. Nobis quia coniunctio vera post 90 Eclipticæ gradum in quadrante Zodiaci Occidentali accidit: Erit ad tempus veram coniunctionem sequens min. 53, sec. 28, que uni hora ante meridiem adhaerent, ut sit distantia à Meridianō 1 Hora. Distanția à vertice  $58^{\circ}$  part. 47 min. Et latus longitut. 11 part. 58 min. Hinc parallaxis  $\odot$  μκκοπλ. est 2 min. 33. sec.  $\text{D} 52 \text{ min.}, 41 \text{ sec.}$  Sola  $\text{D}$  à Sole 50 min. 8 sec. Et  $\text{D}$  in longit. tantum 10 min. 0 sec.

Cumq;

Cumq; tempori assumto 53 min. 48 sec. de motu  $\Delta$  horario 33 min. 9 sec. convenient 29 min. 43 sec. Sit præterea differentia inter priorem parallaxin longit. & hanc 7 min. 32 sec. Et subtracta hac differentia parallaxeos à motu  $\Delta$  vero, motus  $\Delta$  visus tempori assumto correspondens 22 min. 11 sec.

### VII. De intervallo tempore & examine temporis visæ $\delta$ .

Intervallo verae & visae  $\delta$  cognoscitur, si quantum temporis de motu viso  $\Delta$  parallaxi  $\Delta$  in longum ad tempus vere  $\delta$  reperte 2 min. 28 sec. convenienter, notum sit. Conveniunt autem solummodo 5 min. 59 sec. Addenda. Quare visa  $\delta$  congruit in diem Febr. 24; Hor. 22, min. 12. sec. 11, à media nocte. Quod tempus, quia abest à meridie Hor. 1, 47 min. 49 sec. Erit ad illud ipsum distantia à vertice 6 1 part. 54 min. Latus long. 4 part. 2 min. Et latus latit. 59 part. 45 min. Parallaxi vero  $\odot$  μηκοπλ. 2 min. 37 sec.  $\Delta$  54 min. 18 sec. Sola  $\Delta$  à Sole 5 1 min. 41 sec. Et  $\Delta$  in longitud. tantum 3 min. 28 sec. Et in latitud. tantum 5 1 min. 28 sec. Porro quia motus  $\Delta$  verus, intervallo verae & visaे  $\delta$  correspondens, parallaxi long. ferme aequalis est. (Colligitur enim 3 min. 18 sec.) Erit visa coniunctio luminarum recte inventa, nec quidquam mutatione indigebit.

### VIII. De vera & visa latitudine $\Delta$ ad visam $\delta$ .

Ut initio motus latitudinis  $\Delta$  ad tempus visibiliū & innotescat, dicitur intervallum verae & visibilis & non tantum in motum  $\odot$  horarium 2 min. 28 sec. & exit motus  $\odot$  intervally congruens 15 sec. Sed etiam  $\Delta$  horariorum supra 33 min. 9 sec. repertum: Et colligitur 3 min. 18 sec. Quibus iunctis ad motum latitud. superiorē 9 sign. 9 part. 39 min. 40 sec. Erit motus latitudinis ad tempus visa  $\delta$  9 sign. 9 part. 43 min. 14 sec. Cui respondet latit.  $\Delta$  vera 50 min. 34 sec. Sept. Ascendens. Et hac demea à parallaxi latit. que in nostris regionibus semper est Meridionalis, visa latit. 0 1 54 1 Merid. Ascend.

### IX. De semidiometris $\odot$ & $\Delta$ & digitis.

Eclipticis. min. seci

|                                                              |    |    |
|--------------------------------------------------------------|----|----|
| Semidiometer $\odot$ ex anomalia $\odot$ coequata colligitur | 16 | 32 |
| Semidiometer vero $\Delta$ ex Anomalia $\Delta$ coequata     | 17 | 15 |
| Et ergo aggregatum semidiometrorum                           | 33 | 47 |
| Et pars Solis deficiens subtracta $\Delta$ latitudine        | 32 | 57 |

Hinc si multiplicatio partis deficientis sit in 12, & distributio per diametrum soli, prodeunt digiti Ecliptici 11 min. 57 sec. 28.

X. De scrupulis & tempore incidentiae, & latitudine visa ad initium & finem Eclipsis.

Scrupula incidentia ex aggregato semidiametrorum & latitudine visa colliguntur 33 prima 45 sec. que offerunt Tempus incidentiae 1 Horae 21 min. 48 sec. Hoc tempus a tempore visa & medium Eclipsis ostendente, subiractum, relinquit initium Eclipsis die Februarij 25, Hora 8, 50 min. 23 sec. a media nocte. Additum vero ad idem tempus producit finem Hora 11, 33 min. 59 sec. a media nocte. Latitudines visa ad initium & finem Eclipsis deprehenduntur ex latitudo ad medium Eclipsis 0 min. 54 sec. Merid. Ascend. Nec enim offert motum latit. 8 Sign. 29 part. 49 min. 36 sec. a quo si initio subtrahuntur scrupula incidentie 33 prima, 45 sec. relinquitur motus latit. ad initium Eclips. 8 Sig. 29 part. 15. min. 51 sec. Et latitudo ipsa 3 min. 51 sec. Merid. Ascend. Postea ad eundem motum etiam adduntur, producitur motus latit. ad finem Eclipsis 9 Sig. 0 part. 23 min. 21 sec. Et latitud. ipsam 2 min. 2 sec. Sept. Ascend.

H. Min. Sec.

Huius ergo { Initium } appareret in { 8 50 23 } diei 25  
Solaris Ecli- { Medium } nostro hori- { 10 12 11 } Febrante  
p sis { Finis } zonte { 11 33 59 } meridi-

TPVS ECLIPSIS

Septentrio.





Figura cœli monstrans positum stellarum ad  
maximam ☽ obscurationem seu medium Eclipsis.



Ex figura hac cœli, sicut & ex diligenti magna hujus Eclipsis consideratione colligitur; si cœlum serenum, ut speramus, fuerit, tempore maximæ obscurationis commode non tantum Mercurium propè caudam antecedentis pisces, habentem supra se dextrum humerum & scapulas Pegasi, verum etiam Venerem non longe à cornibus & remotam, cum love propè oculum & conspicere posse. Sol enim totus ferme obscurabitur.

xabitur, & stellarum majorum lucem, modo aër ab exhalationibus liber sit, offuscare non poterit. Quod si vero cœlum nubibus obductum Eclipsis huius observationem nobis invidebit, tales circa medium tenebræ contingent, quæ nocti non dissimiles incautos facile in admirationem trahent. De quibus ante eventum monere volui, ne quæ naturaliter sunt, cuiquam terrorem incutiant.

## Judicium Astrologicum de Eclipsi ☽.

**E**t si à iudicio Astrologico, quod, ob concursum aliarum caussarum, elidentium effectum astrorum, ut plurimum eventum non assequitur, mihi libenter temporo, hoc præsentim tempore, quo homines undiq; malis pressi erigendi potius, quam ulterius terrendi sunt. Quia etamen curiositati humana, quæ divinationibus nimium intenta est, ut ut si quid mali ostendant, parum, quomodo ea declinet & effugiat, sollicite cogiter, tum demum satiſit in Eclipsim descriptione, cum significationes & eventa, que Eclipsin comitantur, adiçiuntur; subiungam brevem insigniorum accidentium, que ex Astrologorum placita hos Solis labores sequentur, expositionem, in primis cum & horrenda Eclipsi sit qualem multis ab hinc annis non habuimus, & lunatio-  
nis illius existat, quæ ingressum ☽ in V proxime antecedit, & ad quam Ptolomeus; in iudicio generali eventuum anni, potissimum reſpicere iubet.

Primum vero ex prescripto Ptolemai de stellis tempore Eclipsi dominantibus & paucis de efficacia, quam in hanc elementarem regionem effundens & de populo & regionibus, in quas potissimum agit, & 4 de initio ac duratione effectuum, dicam.

Ad primum quod attinet, contingit proposita Eclipsi in H domo nocturna Iovii, exaltatione & triplicitate Veneris, termino ♀, & decuria Iovii, qui Iupiter & dominus triplicitatis partem sibi vendicat cum Saturno præcipuo trigonocratore, in horoscopo & M. C. unde quia 7 plures dignitates habet in loco huius Eclipsis, fitq; ea circa stellas

stellas & de natura Iovis, merito Dominus statuitur Eclipsiſ, ex cuius  
natura & diſpoſitione cuncta petenda ſunt significata, in primis cum  
& recipiatur domicilio à E, qui ob retrogradationem parum fortitu-  
diniſ habet, & ſub radius Solaribus latet. Quia vero admodum debiliſ  
eſt, in domo figura abiecta, dominiuſ quidem iſpi eripere conantur  
primò Venus, qua proxima eſt Iovi in dignitatibus, poſt H, tandem Mer-  
curius; ſed nee Venus id preſtare potefit, cum nullam in angulu digni-  
tatem habeat, nee H cum infra horizontem retrogradus eſt, nec Z,  
cum fit in caſu ſuo, & moṭu retrogrado impediatur. Hinc licet iſti no-  
lint, coacti tamen multis eminentijs Iovis, eidem dominium principale  
concedunt, cui & ratione ſitus in angulo principali prima domo, & quia  
ſigni, quod ſequitur locum Eclipsiſ, dominus eſt, Mars ſeſe aſſociat,  
conſtitutus in exaltatione Iovis.

I I. Hinc promittere quidem debebat hac Eclipsiſ ex natura Io-  
vi benefici Planetae, in aere temperamentum bonum, ſalubre, alens  
res ex terra naſcentes: In aquis, fortunatos navium cursus: in ter-  
ra frugum copiam & incrementa rerum: Inter homines gloriam, a-  
micitias, tranquillitatem, pacem, dona regum, & abundantiam uti-  
lium animantium & noxiorum interitum: Verum quia debiliſ eſt in  
domo carceris, & habet ſibi adiunctum Martem, notat potius corru-  
ptiones ex fervore, ventos calidos, pefiferos. In mari & aquis ſubita  
naufragia propter inordinatos fatus & fulmina. In terra rafatio-  
nem rerum naſcentium. Et inter homines ſeditiones intestinas, urbi-  
um excidia, iras principum, & carceres Magnatum, & eorum qui  
principibus a consilijs ſunt. Et quia Eclipsiſ in Orientaliſ fit quadran-  
te, primuſ germinibus, & iuueniibus potiſimum noſumenta afferet.

I I I. Ceterum illas regiones & urbes effectus hi maximè vexabunt,  
que & ſubiacent, ut Calabriam, Portugaliam, Normandiam, VVer-  
matiam, Ratiobonam, Alexandriam. Item que II, III & Z ſubſunt,  
ut Flandriam, Brabantiam, Longobardie partem, Croaciam, Ca-  
rinthiam, Silesiam inferiorem, Ungariam, Moraviam, Sclavoniam,  
Misniam & Hispaniam. Ex urbibus vero Moguntiam, Bambergam,  
Noribergam, Villacum, Vilnam, Papiam, Lutetiam. Heidelbergam,  
Erphordiam, Vratulaviam, Brandenburgum, Auguſtam Vindelico-

rum, Constantiam &c similes. Cavebunt quog, sibi, qui tempore nativitatis sue vita promissiores partiliter iuxta locum deliquij habent, aut quorum figura eadem est cum themate nativitatis, quo ad positum primi mobilium.

I V. Cumq; initium effectuum Astrologi ex distantia loci Ecliptici ab horizonte Orientali suruant: Et Sol existens in 16 grad. 7 min. H<sup>ab</sup> quantitatem dicie, monstrat 11 Hor. 3 min. Et ortum Solis hora 6, 28 min. erunt ab ortu Solis ad medium Eclipsis Horae 3, 44 min. que, facta multiplicatione in dies anni 365, & diviso produculo per quantitatem diei, exhibent dies 123, quibus a tempore Eclipsis conspiciende elapsis, operatio sese ostendere incipiet 29 Iunij anni currenti 1598. Duratio vero effectuum pendeat ex tempore durationis Eclipsis, quod est Horarum 2, min. 43, sec. 36: Sanè extenderet sese effectus in annum 1601, diem 20 Martij. Vehementiores tamen animadventur operationes circa finem anni sequentis 99.

Qua ratione tutissimè observari possint  
cùm hæc, tum aliæ Eclipses  
Solares.

Observantur quidem vulgo Eclipses Solares, vel in pelvi aqua referta, vel in speculo, vel etiam simplici papiro perforata. Appianus Enunciato 30 Cæsarei Astronomici commodissimè statuit observari posse, si intra duo vitra diversorum colorum papyrus collocetur, quæ acu prius tenuissimè in uno loco perforetur, & probè circum circa foramen obduretur cera vel bitumine, perq; id visus ad Solem dirigatur: Tum enim, inquit, absq; læsione ulla visus, quantitas Eclipsis optimè animadverteretur. At cùm quantitas simplici visu generaliter solummodo apprehendatur, nec quanta in digitis sit commode discernatur, rationem aliam subiungam, quam omnium certissimam, & tutissimam esse, aliquæ deprehendi, quamq; Erasmus Reinholdus in scholijs theoriarum

carum Peurbachij proponit, nec non Gemma cap. i g. radij  
sui Astronomici, & Daniel Santbech prop. i 3 observationum  
repetunt. Paululum nempe ante Eclipsis initium, recipiat  
sele observator in cubiculum radijs Solaribus tempore Ecli-  
psis expositum, & clausis omnibus cubiculi fenestris per ro-  
tundum aliquod foramen, Solis lumen transmissum, in ta-  
bellam planam excipiatur, idq: exceptum creta aut carbone  
in eadem circumscribatur, circumscriptum linea recta per  
medium secatur, & linea illa recta in 12 æquales partes, quæ  
digitos referunt, dividatur: Et præparata hoc modo tabella  
facile explorabitur, quantum de circulo circumscripto, quem  
Sol nondum Eclipsatus illustravit, deficiat. In Solis enim effi-  
gie, quam radius in tabellam incidens refert, tanta semper  
partio circulo luminoso deerit, quantam de Sole Luna inter-  
cedens è conspectu nostro aufert. Evenire autem solet,  
quod Geometricis & Opticis demonstrationibus compro-  
batur, ut contrario modo, quam in cœlo cōtingit, defectus in  
tabella appareat. Semper enim si superior pars in cœlo deli-  
quum patiatur, inferior in observatione deficere: &  
contra: si dextra, sinistra deliquum pati  
& contra animadver-  
titur.

F I N I S.



46178

55